



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 3. Fortunæ inconstantia metum modestiamq[ue] felicibus injcit,
miseros autem in spem vocat secuturæ mutationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52314)

& casuum varietas, quid doceat? 51

Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.
Ille Syracusa modo formidatus in urbe,
Vix humili duram reppulit arte famem.
Quid fuerat Magno maius? tamen ipse rogauit
Submissa fugiens voce clientis opem.
Cuiq₃ viro totus terrarum paruit orbis,
Indigus effectus omnibus ipse magis.
Ille Ingurthino clarus Cimbróq₃ triumpho,
Quo victrix toties Consule Roma fuit:
In cano Marius iacuit, cannáq₃ palustri,
Pertulit & tanto multa pudenda viro.
Ludit in humanis dinina potentia rebus,
Et certam præsens vix habet hora fidem.

§. III.

Fortuna inconstans metum modestiamq₃ felicibus iniicit, miseros autem in spem vocat securam mutationis.

Hæc felicitatis mutatio superbiam domat, frenatque insolentium immanitatem.

Sesostris rex Ægyptiorum victorijs illustris, vt Paulus Diaconus refert, currū aureum præciosissimis gemmis ornatum sibi construxit: cui insidens à quatuor regibus denictis planstra subeuntibus se trahi passus est. Cum, festo quodam die, regum unus, oculis conuersis, continuò retrospiceret, rotæ volubilitatem intuens, Sesostrisq₃ causam respectus percontaretur, respon-

Paul.

Diacon^e
de reb.

Rom. lib.

D 2

dissē

disse fertur: Cum stupore admiror Rotam, cum
eam instabili modo ferri, atq; alias aliter volui,
et nunc quidem sublimia demittentem, rursus
devenissa sublimantem conspicio. Sesostris, ubi
dictum illud intellexit, statuit, ne illi posthac
currum traherent. In hac igitur felicitatis
infelicitatisq; rota, & metus est felicium, &
spes miserorū. Quicunq; elatus est, cuicunq;
omnia ad votum fluunt, quoties mendicum,
quoties captum, quoties miserum aspicit,

Ecli. 38.

23.

**Brusoni-
us l. 2. c.**

**37. ex
Herod.
l. I.**

putet illum sic loqui: *Memor esto iudicij mei:*
sic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie.
Hæc qui audit, non præsumit: qui spernit,
cadit. *Crœsus consultus à Cyro de bello suscipi-*
endo contra Tomyrin reginam Massagetarum:
Si tibi, ait, esse videris immortalis, nihil est
opus, ut meām tibi sententiam dicām. Si verò
te quoq; agnoscis hominem, illud in primis disci-
to, talem humanarum rerum circum esse, qui
rotatus, eosdem semper fortunatos esse non sinit.
Cyrus imperandi libidine accensus Crœso non pa-
ravit. Itaq; in eo bello periyt. Cautior est, qui
se meminit esse mortalem: &, qui se homi-
nitem esse nouit, nihil humani scit à se esse a-
lienum. Quidquid ergo acciderit sic sapien-
tì, non est inexpectatum, cum & illud præ-
Senec. *ceptum teneat: Fortunam reverenter habe;*
& fi-

Et casuum varietas, quid doceat? 55

& fictam hanc Deam sciat globo insistere; aut rotæ instar volui. Sie composito, ait Sapientis ille, nihil accidet. Sic autem componetur, si, quid humanarum rerum varietas possit, cogitauerit ante, quam senserit: si & liberos, & coniugem, & patrimonium sic habuerit, tanquam non utiq; semper habiturus, & tanquam non futurus, ob hoc, miserius, si habere desierit. Calamitosus est animus futuri anxius, & ante miseras miser, qui solitus est, ut ea, quibus delectatur, ad extremum usq; permaneant. Nullo enim tempore conquiescit, & expectatione futuri, praesentia, quibus frui poterat, amittet. In aequo est autem dolor amissione rei, & timor amittenda.

§. IV.

Fortuna remedium est, mala sua non putare maiora esse malis aliorum.

At mala contingunt, & saepe, quæ omnium sunt molestissima? Iterum hic errant homines, qui plane sua maxime estimant, & ibi, quod dicitur, ubi dolent, manum habent. Nam sicut inuidorum oculis

Uberior seges est alienis semper in agris,
Vicinumq; pecus grandius uber habet,
ita vicissim mala nostra, mala maxima putamus: & quocunq; corporis membro vltius